

co δηλητήρια inter se componens, quædam ait, non appellari mortifera, quæ nōnunquā vsui esse possint: quædam verò deleteria reuera esse, & pernitiōsa, quæ nullo vnquam tēpore, neq; ægrotis hominibus, neq; valentibus opem ferant: è quorum numero sit aconitum, argentum viuum, & alia. Quanquam autem potum vim habere pernitiōsam scribat Dioscorides, iisdem, quibus argēti spuma, symptomatis infestum: Auicenna tamen, plurimos non lædere, quantumuis ebibatur, constanter affirmat: infernè nimirum dispositionis suę beneficio abscedens. Idem Halyabbas, & Rasis: vt licet ventris creet dolorem, & intestinis negotium faceffat, non tamē interimat: Gilberto quoq; Anglico testificante, interiùs haustum, modò extinctū sit, nociuum haud esse. Factū hinc est, vt plures fuerint, qui materiæ medicinalis viuce, eo non præparato solūm, sed & integro fuerint vsi. Paulus Aeginetha testatur, quosdam vsutum & in cineres redactum, alijsq; medicatis pulueribus mixtum, colicis & voluulosis bibendum dedisse: quā motus auctoritate Fallopius,

*Li. 5. c. 70.*

*Cl. 6. c. 28*

*Li. 4. Fē. 6*

*Tr. 1. sum.*

*ma 1. c. 2.*

*In ragali*

*disposit. 4.*

*practicæ c.*

*penultimo.*

*s. ad Almās.*

*cap. de potu*

*Arg. viui.*

*Li. 7. Cō-*

*pendij ca. de*

*Argē. viuo.*

*Li. 6. c. 3.*

*litera Y.*

*Cap. 37. de*

*Metallis.*